

Decretum
iustitias.

§.3. Decernentes easdem presentes literas, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo quod Monachi prefati, alique quilibet in premissis, seu eorum aliquo jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet pretendentes cuiusvis status, gradus, preeminentie, ordinis, superioritatis, & dignitatis existant, etiam si Cardinalatus honore fulgeant, aut quavis alia Ecclesiastica, vel mundana dignitate preediti, seu alias speciali, & individua mentione, & expressione digni sint, illis non consenserint, aut ad ea vocati, citati, & auditi, seu causa propter quas presentes emanarunt, adducte, verificate, & iustificata non fuerint, aut ex alia qualibet quantumvis iusta, pia, & privilegiata causa, colore, pretexto, & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimae, & totalis lationis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostre aut interesse habentium consensus, aliove quocumque etiam quantumvis magno, & substantiali, ac incogitato, & inexcogitabili, specificamque expressionem requirente defectu notari, infringi, retractari, impugnari, redargui, limitari, in controversiam vocari, seu ad viam, & terminos juris reduci, aut adversus illas aperiitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiae remedium impetrari, vel intentari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se iuvare posse, sed ipsas presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari; Sicque & non aliter in premissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Card. etiam de Latere Legatos, & Apostolicae Sedis Nuncios, aliosve quoscumque quacumque preeminentia, & potestate fungentes, & sancturos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sub-
data.

Derogatio
contrarium.

Transumptio-
rum fides.

§.4. Non obstantibus prefatis Alexandri Praedecessoris literis, ac quatenus opus sit nostra, & Cancellariae Apostolicae Regula de non tollendo iure quaesito, aliiisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis quae dictus Alexander Praedecessor in eisdem suis literis voluit non obitare, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem presentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus

Notarii publici subscriptis, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in iudicio, quam extra adhibeatur, quae ipsis presentibus adhiberetur, si forent exhibita, vel ostensa.

Datum Rome apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 24. Oct. 1667. Pontificatus nostri Anno I.

Dat. die 24.
Oct. 1667.
An. I.

XXIX.

Confirmatio Decretorum pro felici regimine Conventus, & Collegii Majoris Parisien. Ordinis Eremitarum Sancti Augustini.

Ex Regest. in
Sect. Brev.

CLEMENS PAPA NONUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex in sublimi Apostolicae Sedis specula a Domino constitutus, omnium quidem Christianissimum spiritualibus commodis pro commisso sibi munere consulere jugiter satagit; peculiariter tamen gerit eorum curam, qui divinis obsequiis sub suavi religionis iugo participati, pietatis, & sacrarum literarum studiis laudabiliter incumbunt. Quocirca illis quae pro eorum religiosis, studiosisque progressibus juvandis tum ab eorum superioribus regularibus, tum ab Apost. Sede salubriter constituta esse conspiciunt, novum apostolici patrocinii robur libenter adiungit, ac emanata inter eos dissidia, ne recte constitutorum effectum impediunt, aut retardent, fraternaeque charitatis amantem diutius conturbent secundum aequitatis, atque prudentiae regulas dirimere studet, sicut ad Dei gloriam, religionis incrementum, pacisque, & religiosae quietis bonum expediri in Domino arbitratur.

Exordium.

§.1. Alias siquidem fel. rec. Alexander Papa VII. Praedecessor noster diversa Decreta a quondam Paulo Luchino dum vixit Priore Generali Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti Augustini in visitatione Conventus Majoris nuncupati Civitatis Parisien. dicti Ordinis pro felici ejusdem Conventus regimine, regularisque disciplinae conservatione edita, & a Capitulo Generali ejusdem Ordinis approbata Apostolica auctoritate confirmavit, & approbavit per quasdam suas desuper in simili forma Brevis expeditas literas tenoris qui sequitur videlicet: Alexander Papa VII. Ad perpetuam rei memoriam. Pastoralis officii, quo divina dispositione &c. reliqua omittuntur quia jam sunt in suo ordine sub die 10. Junii 1662.

Recesserunt
aliae litterae.

§.2. Et subinde Ven. Frater Petrus Lanpanconius Episcopus Interamnen. tunc Prior Generalis dicti Ordinis, considerans quod pro faciliiori Decretorum praesentium executione, regularis disciplinae observantia, & pacis stabilimento sexdecim Fra-

Fratrum ex diversis Galliae Provinciis assumptorum, & assumendorum quos memoratus Paulus Prior Generalis in prefato Majori Conventu, & Collegio Parisien. perpetuo affiliaverat, seu affiliandos decreverat, nemeris non videretur sufficiens aliiisque rationabilibus causis adductis facultatem concessit dilecto filio Thome Guichens Galliae Assistenti absoluto ejusdem Ordinis, & tunc Priori dicti Majoris Conventus, & Collegii Parisien., ut praefato sexdecim Fratrum numero, alios quatuor Fratres sibi beneficos ex Provinciis Galliae hujusmodi ad beneplacitum suum pro ea vice tantum adscribere valerent, quos ipse Petrus Episcopus tunc Prior Generalis ex tunc constituit filios ejusdem Conventus, & Collegii cum omnibus iuribus, prerogativis, privilegiis, gratiis, preeminentiis, ceterisque aliis, quibus per Constitutiones dicti Ordinis fieri, & gaudere solent filii aliorum Conventuum Generalium: ea tamen lege, ut ipsis, vel aliquo ipsorum quatuor Fratrum per mortem aut alio quocumque modo deficientibus, nunquam posset suppleri locus vacans, neque imposterum augeri praefatus sexdecim Fratrum primo affiliatorum numerus, & alias prout in ejusdem Petri Episcopi tunc Prioris Generalis litteris patentibus desuper die 11. Septembris 1572. emanatis, quarum tenorem praesentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Motiva con-
firmationis.

§.3. Cum autem, sicut accepimus licet post emanata decreta, seu statuta praesentia, factaeque affiliationes hujusmodi, praefatus Conventus, & Collegium multum in spiritualibus, & temporalibus acceperit emolumentum, cultus Divinus ibidem melius servetur, pax & concordia inter Fratres stabilita, devotio in eorum Ecclesia a secularibus magis frequentata, ac debita ipsius Conventus, & Collegii pro majori parte soluta, redditus illius aucti multaque considerabiles reparaciones factae fuerint, nihilominus a nonnullis Fratribus dicti Ordinis variae lites, & controversiae contra eadem decreta, seu statuta, & affiliationes, sive super ipsorum decretorum, seu statutorum existentia, realitate, substantia, validitate, & intellectu motae, recursusque ad diversa Tribunalia habiti extiterunt, ex quibus nova incommoda, & scandala in detrimentum Religionis, ac damnum ipsius Conventus, & Collegii nasci possent, nisi desuper de opportuno, atque efficaci remedio provideretur, quod quidem novissime celebratum Ordinis praefati Capitulum Generale facere studuit, in quo die 7. Julii proxime praeteriti Decreta, seu statuta hujusmodi a praefato Paulo Priore Generali in visitatione dicti majoris Conventus, & Collegii Parisien. vere, & realiter, ac legitime facta fuisse, legitimaque, & substantialia, ac uti talia ab omnibus tenenda esse decretum, & declaratum, enataque in premissis, & circa ea dubia e luci-

data, & declarata fuerunt. Hinc est, quod Nos firmiori, atque stabiliiori eorumdem Decretorum, seu statutorum, & affiliationum robori, & efficaciae, prosperoque, & felici dicti Conventus, & Collegii regimini, & progressui, ac Fratrum praefatorum quieti, & religiose tranquillitati salubriter, quantum cum Domino possumus, providere cupientes, motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, omnia, & singula Decreta, seu statuta praesentia a dicto Paulo Priore Generali edita, & a memorato Alexandro Praedecessore, per suas literas praesentibus confirmata, & approbata, ipsaque Alexandri Praedecessoris literas, necnon affiliationes praefatas tam per eadem Decreta, seu Statuta sive illorum vigore, aut in eorum executionem, quam a dicto Petro Episcopo tunc Priore Generali, die 2. Septembris 1662. factas, ut praesentibus emanataeque desuper illius patentes literas supradictas, cum omnibus, & singulis in eis respective contentis & inae legitime secutis, tenore praesentium perpetuo confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis, atque irrefragabilis apostolicae firmitatis vim, robur, & efficaciam adiungimus, ac omnes, & singulos iuris, & facti, ac solemnitate quorumcumque tam ex iuris communis, & Constitutionum Apostolicarum, quam ex Ordinis, & Conventus, & Collegii hujusmodi, aliorumve quorumvis Statutorum, consuetudinum, & Privilegiorum praescripto usu, & stylo in similibus etiam de necessitate servandarum, aliosve quoscumque etiam formales, & substantiales defectus, etiam si tales forent, ut non nisi facta de eis specifica mentione sanari possent, si qui in premissis, vel eorum aliquo principaliter, vel accessorie, aut alias quomodolibet intervenerint, seu intervenisse dici, censeri, vel praetendi possent, plenissime, & amplissime supplementum, & sanamus, ac penitus, & omnino tollimus, & abolemus.

Confirmat
Pontifex.

Decretum
iustitias.

§.4. Decernentes ipsas presentes literas, & in eis contenta quaecumque, etiam ex eo, quod Fratres prefati, & alii quilibet etiam specifica, & individua mentione, & expressione digni in premissis interesse habentes, seu habere quomodolibet pretendentes illis non consenserint, seu ad ea vocati, citati, & auditi, vel causa propter quas presentes emanarunt, adducte, & verificate non fuerint, aut ex alia quacumque quantumvis legitima, & privilegiata causa, colore, pretexto, & capite etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimae, & totalis lationis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostre, vel interesse habentium, aut habere pretendendum consensus, aliove quolibet etiam substantiali, ac incogitato, & inexcogitabili defectu notari, impugnari, infringi, retractari, ad viam, seu terminos juris reducti, aut in controversiam revocari, seu adversus illas, & illa quodcumque juris facti,

si, vel gratie remedium impetrari, vel intentari, aut impetrato, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se iuvare posse; sed ipsas presentes literas, & in eis contenta decreta, seu statuta, & alia prefata semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective in omnibus, & per omnia inviolabiliter, & inconcusse observari, & adimpleri; Sicque, & non aliter in premissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales etiam de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula subla.

Contrariis derogat.

§.5. Non obstantibus premissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Ordinibus, & Conventibus, & Collegiis huiusmodi, aliisque quibusvis etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & aliis decretis in genere, vel in specie, aut aliis in contrarium premissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, infererentur, & exprimerentur, presentibus pro plene, & sufficienter expressis, & de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 29. Oct. 1667. An.

Datum Romæ apud S. M. Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 29. Octobr. 1667. Pont. nostri Anno I.

XXX.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Suspensio pœnæ excommunicationis late sententiæ per Breve Alexandri VII. super Reformatione Monasteriorum Monialium Hispaniæ emanati impositæ, in

omnibus iis casibus, in quibus eadem pœna a iure communi, vel aliis Constitutionibus Apost. imposita non reperitur.

CLEMENS PAPA NONUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Injuncta Nobis divinitus apostolicæ servitutis ratio exigit, ut conscientiarum quieti consulere satagentes, ea, quæ a Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris pie quidem, ac rationabilibus ex causis constituta fuerunt, si ex nimio illorum rigore aliquid nascatur incommodi, unde animabus labe inferri posset, prudenti moderatione lenire studeamus, sicut cognoscimus in Domino salubriter expedire.

Exordium.

§.1. Alias siquidem emanarunt a fere: Alexandro Papa VII. Prædecessore nostro ad supplicationem claræ mem. Philippi IV. dum vixit Hispaniarum Regis Catholici literæ in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur videlicet: Alexander Papa VII. ad perpetuam rei memoriam. Pastoralis officii, qua Ecclesiæ Catholice per universum, &c. reliqua invenies in suo loco sub die 30. Januarii 1665.

Literæ Alexandri VII.

§.2. Cum autem, sicut nomine Charissimi in Christo filii nostri Caroli eardem Hispaniarum Regis Catholici per dilectum filium nobilem virum modernum Marchionem de Astorga ipsius Caroli Regis apud Nos, & Sedem Apostolicam Orationem Nobis nuper expositum fuit, ex pœna excommunicationis late sententiæ, quæ per literas præinsertas earum contraventoribus inter alias imposita reperitur, diversæ difficultates oriantur, & tam Moniales præfata, quam eorum Superiores variis angantur conscientiarum scrupulis, aliæque sequantur incommoda, quæ experientia rerum magistra quotidie demonstrat. Nobis propterea memorati Caroli Regis nomine per præfatum Marchionem humiliter supplicatum fuit, ut in premissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Motiva.

§.3. Nos igitur piis huiusmodi supplicationibus paterno affectu annuentes, pœnam excommunicationis late sententiæ huiusmodi per præinsertas Alexandri Prædecessoris literas impositam in omnibus iis casibus, in quibus eadem pœna a iure communi, vel aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis imposita non reperitur, salva tamen, & in suo vigore quoad reliqua omnia, & singula remanente eardem Alexandri Prædecessoris literarum dispositione auctoritate apostolica tenore præsentium suspendimus.

Suspensio pœnæ excommunicationis, prout in rub.

§.4. Decernentes ipsas præsentibus literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos, & quas spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari; Sicque in premissis per quoscumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apo-

Decretum ritans, & clausula sublata.

Apo-

Apostolici Auditores, ac S. R. E. præfate Cardinales, & de latere Legatos, dictaque Sedis Nuncios, & alios quoscumque qualibet præminentia, & potestate fungentes, & functuros, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariis

§.5. Non obstantibus quoad ea, quæ presentibus adversantur, præinsertis Alexandri Prædecessoris literis, necnon omnibus, & singulis, quæ in eisdem concessa sunt non obstat, cæterisque contrariis quibuscumque.

Transumptum fides.

§.6. Cæterum volumus pariter, ut ipsarum præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo persone in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique adhibeatur, quæ presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Dat. die 29. Oct. 1667. An.

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem sub Annulo Piscatoris die 29. Octobr. 1667. Pontificatus nostri Anno I.

XXXI.

Ex Regest. in Secret. Brev.

Nova concessio facultatis cognoscendi causas Universitatum, & Hominum S. Benigni, Montanarii, Filetti, Lombardorii, & aliorum locorum nullius Provincie Taurinen, Nuncio Sabaudie.

CLEMENS PAPA NONUS

Ad futuram rei memoriam.

Recentioribus literis.

Alias pro parte dilectorum filiorum Universitatum, & Hominum S. Benigni, ac Montanarii, & Filetti, necnon Lombardorii, & aliorum locorum Jurisdictionis Monasterii Abbatiæ nuncupati Sedi Apostolicæ subiecti ejusdem S. Benigni Ordinis S. Benedicti nullius Diocesis Provincie Taurinen. fel. rec. Paulo PP. V. Prædecessori nostro exposito, quod dudum rec. mem. Pius Papa IV. similiter Prædecessor noster dictis Universitatibus, & hominibus qui propter eorum paupertatem, magnamque dictorum locorum a Sede prædicta distantiam, causas ad dictam Sedem pro tempore devolutas prosequi nequibant tunc, & pro tempore existentem ejusdem Sedis in illis partibus Legatum, seu Nuncium Judicem, qui quascumque causas in secunda Instantia a quibuscumque sententiis summam quinquaginta scutorum auri in auro non exceden. per ipsius Monasterii Abbatem, aut ab eo deputatos pro tempore latis, cognoscere, decidere, & sine debito terminare, ac debita executioni demandare valerent, ad ipsius Prædecessoris, & Sedis prædictæ beneplacitum constituerat, & deputaverat; Et subinde pro eo, quod Universitatibus, & Homini-

prædictis propter eorum paupertatem, & distantiam huiusmodi valde difficile erat pro singulis causis dictam summam quinquaginta scutor. exceden. ad Sedem eandem recursum habere pia mem. Clemens Papa VIII. etiam Prædecessor noster facultatem cognoscendi quascumque causas in secunda instantia usque ad summam quinquaginta scutorum Nuncio prædicto concessam, ad omnes, & quascumque causas in secunda instantia civiles, criminales, & mixtas, ac Beneficiales, ac Matrimoniales, & alias quascumque cuiusvis qualitatis existentes, & ad quamcumque summam ascendentes pro tempore moven. ad certum tunc expressum tempus extenderat, ipsumque tempus pluries, & ultimo ad quinquennium prorogaverat; idem Paulus Prædecessor quinquennium huiusmodi ter successive singulis vicibus ad quinquennium prorogavit. Postmodum vero similis recordationis Urbanus Papa VIII. pariter Prædecessor noster, attento quod quinquennium ultimo, ut præfertur prorogatum exspiraverat, facultatem prædictam ad aliud quinquennium sub certis modo, & forma tunc expressis, concessit, ipsumque quinquennium, etiam ter successive singulis vicibus ad quinquennium extendit, & prorogavit: Ac demum similis rec. Alexander Papa VII. etiam Prædecessor noster eandem facultatem ad aliud quinquennium itidem concessit, & alias prout in diversis memoratorum Prædecessorum in simili forma Brevis literis, novissimis quidem dicti Alexandri Prædecessoris die 10. Novembris 1659. expeditis, quarum tenores presentibus pro expressis haberi volumus uberius continetur.

Motiva.

§.2. Cum autem, sicut Universitates, & Homines prædicti Nobis nuper exponi fecerunt, quinquennium novissime, sicut præmittitur concessum, jam exspiraverit, ipsi vero eisdem necessitate, & paupertate ac incommodo premantur, & propterea opportune sibi a Nobis in premissis provideri summopere desiderent; Nos specialem eisdem Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ut quinquennio proximo durante distaxat dilectus filius nunc, & pro tempore existens in illis partibus noster, & dictæ Sedis Nuncius, quascumque Universitatum, & Hominum prædictorum causas in secunda instantia civiles, criminales, & mixtas, ac Beneficiales, & Matrimoniales, & alias cuiuscumque qualitatis existentes, & ad quamcumque summam ascendentes juxta literarum prædictarum enorem, audire, cognoscere, decidere, & sine

Concedit Pontifex, ut in rubrica.

& sine debito terminare, ac prout juris fuerit executioni demandare possit, & valeat, Apostolica auctoritate tenore presentium concedimus, & indulgemus, Nuncioque predicto plenam, & omnimodam in praemissis facultatem tribuimus, & impartimur.

Contrariis derogat.

§.3. Non obstantibus omnibus illis quae in praedictis Praedecessorum nostrorum litteris concessa sunt non obstante, ceterisque contrariis quibuscumque.

Jubeat credi transumptis.

§.4. Volumus autem, ut earumdem presentium litterarum transumptis seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personae in dignitate Ecclesiastica constituta munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra habeatur quae praesentibus haberetur si forent exhibitae vel ostensa.

Dat. die 31. Oct. 1667. An.I.

Datum Romae apud S. M. Majorem, sub Annulo Piscatoris die 31. Octobris 1667. Pont. nostri Anno I.

XXXII.

Ex Regest. in Secr. Brev.

Confirmatio statuti a Capitulo Ecclesiae Lexovien. conditi, & ab Episcopo confirmati circa fundationem Anniversariorum Canonicorum decedentium.

CLEMENS PAPA NONUS

Ad perpetuam rei memoriam.

Supplicatio.

§.1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Decanus, & Capitulum Ecclesiae Lexovien. quod cum quodam dictae Ecclesiae statuto, Apostolica auctoritate, dudum inter alia, ut asseritur, confirmato cavetur, quod Canonicus distributus decedens postquam per annum integrum, & continuum interfuisset servitio dictae Ecclesiae, quod stagium, vel annum rigoris vocant, & debite approbatum fecisset, secundum consuetudinem ejusdem Ecclesiae, gauderet per annum integrum, post suum obitum tam grossis fructibus Praebendae, quam distributionibus Ecclesiae, manualibus tamen exceptis, ac deducta primitus, & ante omnia summa quadraginta librarum Turonen. pro emendis quadraginta solidis redditus annui, ad obitum, seu Anniversarium dicti Canonici decedentis fundandum, & celebrandum in dicta Ecclesia, Dignitatum autem, & Canonicorum non distributorum, & volantium dictorum, ac etiam Canonicorum distributorum, qui dictum stagium, aut annum rigoris non fecissent, redditus Praebendae dicti le Gros, vacatione adveniente per mortem, cessionem, resignationem, permutationem, aut alio quovis modo, ac etiam si his super possessione alicujus dignitatum, seu Praebendarum mota esset, donec sopita fuisset pertinerent, pro anno sequente vacationem ad fabricam Capituli destinatam, pro maintenance, & vestitu Puerorum

chori, & reparatione Ecclesiarum, exceptis procuracionibus Archidiaconorum ratione visitationis, & distributionis Ecclesiae, quae ad Canonicum distributum Succesorem pertinent, pro ratione lucri, & deductis viginti libris Turonen. pro emendis viginti solidis redditus annui ad effectum fundandi eorum obitum, seu Anniversarium: Ipsi Exponentes considerantes valorem reddituum Praebendarum Eccles. praefatae multum succrevisse, uberoresque modo esse fructus, quos grossos vocant, quam dum statuta praefata condita fuerunt, in eorum Capitulo Generali novum statutum, reservato tamen tam Vener. Fratris Moderni Episcopi Lexovien. quam dictae Sedis Apostolicae beneplacito fecerunt, ut imposterum deducantur centum librae Turonen. pro constituendo, & celebrando obitu, seu Anniversario cujuslibet Canonici Ecclesiae hujusmodi pro tempore decedentis, & alias prout in scripturis desuper confectis uberius dicitur contineri.

§.2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat dicti Exponentes novum statutum hujusmodi a praefato Episcopo confirmari obtinuerunt, illudque etiam apostolici muniminis patrocinio communiti summpere desiderent: Nos speciale ipsi Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interditi, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, novum statutum ab eisdem Exponentibus conditum, & a memorato Episcopo Lexovien. confirmatum, ut praefertur, confectasque desuper scripturas cum omnibus, & singulis in eis contentis, alias tamen licitis, & honestis, auctoritate Apostolica, tenore presentium, confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adiciamus, ac omnes & singulos juris, & facti defectus si qui desuper quomodolibet intervenerint supplementus.

§.3. Decernentes ipsas praesentes litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suoque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari; Sicque in praemissis per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus, Apostolicis necnon dictae Ecclesiae etiam juramen-

Confirmat. statutum praesentium.

Decretum irritans.

Clausula sublata.

Derogatio contrarium.

mento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 31. Oct. 1667. An.I.

Datum Romae apud S. M. M. sub Annulo Piscatoris, die 31. Octobris 1667. Pontificatus nostri Anno I.

XXXIII.

Constitutio, in qua injungitur Fratribus Ordinis Eremitarum S. Augustini Officium & Missam Conceptionis B.M.V. ex praeccepto recitare, idemque Officium ad usum d. Ordinis seorsum imprimi posse conceditur.

CLEMENS PAPA NONUS

Ad futuram rei memoriam.

Procurium.

Exigit commissae Nobis caelitus dispensationis ratio, ut piis religiosorum virorum propriae, alienaque saluti laudabiliter incumbendum votis ad augendam in terris Gloriosissimae Virginis Deiparae Mariae, quae super Choros Angelorum exaltata, pro populo Christiano sedula exortrix apud Regem quem genuit, assidue intercedit, venerationem tendentibus, favorabiliter annuamus.

Supplicatio.

§.1. Supplicationibus itaque dilecti filii Hieronymi Valvasorii Prioris Generalis Ordinis Fratrum Eremitarum S. Augustini tam suo, quam totius Ordinis praedicti nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ut in eodem Ordine ab omnibus illius Fratribus, qui horas Canonicas recitare tenentur, Officium, & Missa Conceptionis ejusdem B.M.V. Immaculae cum octava imposterum de praeccepto recitetur, cum Lectionibus in Octavario Romano a Congregatione Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus praepositorum approbato contentis, & a die octava ad decimam quintam Decembris rite dispositis, auctoritate apostolica, tenore presentium mandamus, & decernimus.

Concedit Pontifex.

§.2. Idemque Officium ad usum dicti Ordinis seorsum ab Octavario Romano imprimi posse concedimus.

Contrariis derogat.

§.3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Transumptis credi mandat.

§.4. Volumus autem, ut earumdem presentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem prorsus fides tam in iudicio, quam extra habeatur quae praesentibus haberetur si forent exhibitae vel ostensa.

Bull. Rom. Tom. VI. Par. VI.

nitis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quae praesentibus ipsis adhiberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 31. Octobris 1667. Pontificatus nostri Anno I.

Dat. die 31. Oct. 1667. An. I.

XXXIV.

Suppressio Regularitatis Vice-Prioris, & Canonicorum Regular. Prioratus Conventualis S. Georgii Ordinis Canonicorum Regularium S. Augustini Gratianopolitan. Dioec. a parte Ducatus Sabaudiae cum eorum reductione ad statum Praebbyterorum secularium.

Ex Regest. in Secr. Brev.

Ven. Fratri Episcopo Gratianopolitano.

CLEMENS PAPA NONUS

Venerabilis Frater salutem, & Apostolicam benedictionem.

Supplicatio.

§.1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii Vice-Prior, & Canonici Regulares Prioratus Conventualis Sancti Georgii Ordinis Canonicorum Regularium Sancti Augustini Gratianopolitano. Dioecesis a parte Ducatus Sabaudiae, quod dudum in loco Tononi dictae, seu alterius Dioecesis a fel. rec. Clemente Papa VIII. Praedecessore nostro motu ejus proprio erecta fuit Congregatio Praebbyterorum Secularium Oratorii nunc *Domus Sanctae* nuncupat. sub titulo, seu invocatione Beatae Mariae Virginis sive septem dolorum, quae ab uno Praefecto, qui primus fuit Sanctus Franciscus Salesius, & Septem Praebbyteris secularibus sub Ritibus, & Institutis Praebbyterorum secularium Congregationis Oratorii de Urbe regi deberet, in eaque, tamquam in publica Universitate scientiae, & praesertim Theologiae Scholasticae, controversiae, casus conscientiae, & Sacrae scripturae publice legi, & doceri deberent; Ac ipsi Congregationi sic erectae, seu Domui Sanctae pro illius, ejusque Alumnorum & Habitorum maintenance, & sustentatione mensa commendatitia trium Prioratum Conventualium in illis partibus consistentium, & commendari solitorum, ex quibus unus est praefatus Prioratus S. Georgii, qui a memorato loco Tononi parum distat, unita, & incorporata fuit, idque in perpetuum, unde Fidei Catholicae negotia magnopere promotae fuerunt, prout hodieque promoventur, cum habitatores totius Ducatus Chableis, ac Balliviae de Ternier prope Genevam, qui sexaginta, & amplius annorum spatio haeresi infecti fuerant, ad gremium Sanctae Ecclesiae Catholicae redierint, quinimo eorum exemplo multi ex ipsa Civitate Geneven. repudiatis erroribus, in quibus vivebant, relictaeque eorum facultatis sese in dictum locum Tononi una cum eorum familiis ad vitam ibidem Cathol. more ducendam receperint.

Ee

Cum

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio subiungebat in prefato Prioratu Sancti Georgii unus Vice-Prior, & tredecim Canonici de presenti vivant ex eorum Præbendis, quas eis solvit dicta Congregatio, seu Domus Sancta quemadmodum a Priore Commendatario antiquitus solvebantur ac ex aliis redditibus infra scriptis, illique nihil habeant regulare præter nomen, nullam observent Regulam, nihil agant, quo a Presbyteris secularibus distinguantur, ne quidem quoad habitum, nisi, quoad super habitum fasciolam ex tela alba duos digitos latam collo appensam gestant, a nullo monasterio dependant, nec ullum Superiorem agnoscant, & solum apparentem quamdam obedientiam præsent eorum Vice-Priori, qui unus est ex ipsis Canonicis a prefata Congregatione, seu Domo Sancta electus, a quo habitum recipiunt, de consensu tamen ejusdem Congregationis, seu Domus Sanctæ, & in cujus manibus affertam eorum professionem emittunt secreto, & cum modica edificatione seu consolatione sui ipsorum nec ullam propriam habeant professionis formulam, unde multi nunquam profiteri voluerunt, prout novissime unus licet in ætate septuaginta quatuor annorum constitutus esset, & forsitan quinquaginta, & amplius annorum spatio ibidem Canonicus fuisset, quisimo bona temporalia, & alia cuivis generis possideant, emant, vendant, negociantur, contrahant, donent irrevocabiliter, aliisque negociis secularibus quibusvis dent operam, sine ulla licentia, quemadmodum meri seculares facerent, & eorum aliqui, quibus nihil est præter Præbendam etiam rebus mechanicis incumbant, eant obsonatum, aliaque vilia ministeria obeant, eaque de causa non sine gravi scandalo persepe absint a Choro, quod etiam alii cujusvis etiam minimi negotii causa quandoque ad longum tempus faciunt, idque impune: Cumque si iidem Canonici ad statum Presbyterorum secularium reducerentur, & membra capiti conformando, sub institutis supradictæ Congregationis, seu Domus Sanctæ viverent, ac eorum Præbendæ Canonicales Sacristæ, Infirmarii, & Cantoris Officia, quibus nonnulla bona stabilia a mensa Conventuali ejusdem Prioratus Sancti Georgii dependentia, ab immemorabili tempore applicata fuerunt, aliaque Beneficia ab eodem Prioratu dependentia supprimerentur, & illorum, cæterorumque bonorum ad mensam Conventualem hujusmodi spectantium fructus, redditus, & proventus, qui ad summam septingentorum, & viginti, vel circiter scutorum monetæ Romanæ annuatim ascendunt, pro Præfati, & Alumnorum vitam communem in dicto Prioratu ductorum sustentatione, eorumque ministrorum, & inservientium sustentatione applicarentur, inde procul dubio quieti, & conscientie securitati dictorum Exponentium opportune consulere, & operarii, ad strenue laborandum in Vineâ Domini,

Fidemque Catholicam in illis partibus benedicente Domino propagandam multiplicarentur, atque ita operariorum in prefata Congregatione, seu Domo Sancta de presenti existentium paucitas, quæ tantæ mensi non sufficit, hoc incremento utiliter suppleretur. Nobis propterea dictorum Vice-Prioris, & Canonicorum, ac etiam tuo nomine humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra indulgere debentitate Apostolica digneremur.

§.3. Nos igitur votis tuis hac in re quantum cum Domino possumus benigne annuere, ac Vice-Priorem, & Canonicos præfatos specialibus favoribus, & gratis profecti volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis si quibus quomodolibet innodate existunt, ad effectum presentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinari, fraternitatis tue per presentes committimus, & mandamus, ut consilio tibi de narratis, in prefato Prioratu Sancti Georgii, omnibusque, & singulis officiis, portionibus, & Præbendis Canonicalibus, membris, & Beneficiis Regularibus tam perpetuis, quam amovibilibus ab illo dependentibus, Ordinem supradictum, omnemque statum, essentiam, ac dependentiam, ac instituta regularia, necnon titulum collatum Beneficiorum, Præbendarum, & Officiorum hujusmodi, si aliquid illorum in similem titulum conferri soleat, auctoritate itidem perpetuo reducas: Et de presenti quidem Præfatum Prioratum hujusmodi, eum qui illius est Vice-Prior, Alumnos autem eos, qui ibidem sunt Canonici Regulares respective esse debere; In futurum vero Præfati ejusdem Prioratus, ac Presbyterorum secularium in illum acceptandorum, & ex illis magis idoneorum ad Beneficia infra scripta nominationem ad Præfatum dictæ Congregationis, seu Domus Sanctæ pro tempore existentem spectare, & pertinere debere, remanente tamen eorumdem Beneficiorum administratione penes illos, qui ea de presenti possident, dicta auctoritate statuas, & decernas. Præterea pro eorumdem Præfati, Alumnorum, Ministrorum, & inservientium Prioratus hujusmodi sustentatione, & sustentatione, omnes, & singulos tam Præbendarum Canonicalium & Sacristæ, Infirmarii, & Cantoris Officiorum hujusmodi, ac bonorum stabilium a mensa Conventuali ipsius Prioratus dependentium, & dictis officiis ab immemorabili tempore, ut præfertur, assignatorum, necnon ad eandem Regulares de Capitulo ipsius Prioratus dividi consuetos, quam Parochialis Ecclesiæ ejusdem Prioratus ab uno ex dictis Canonicis per præfatum Congregationem, seu Dommum Sanctam nominato

Annuit supplicationi Pont.

Ven. Frater salutem, & apostolicam benedictionem.

§.1. Acrosanctæ militantis Ecclesiæ regimini per abundantiam Divinæ gratiæ nullo licet meritorum suffragio præpositi, inter graves sollicitudines, quibus pro credito Nobis, Apostolicæ servitatis officio, assidue premimur, ea est præcipua, quam continua pericula, atque discrimina, quæ a nefario Christi nominis hoste Turcarum tyranno Principibus, & Populis Christianis nunquam non impendent, Nobis conficiunt. Quapropter & si Domini Dei exercituum, qui Sponsam suam Ecclesiam Sanctam protegit, præsidio potissimum confidamus, cogimur tamen pro debito pastoralis muneris in id omni cogitatione, omnique cura incurrere, ut provisionis nostræ ministerio adhibitis Catholicorum, Principum viribus, mala hujusmodi procul a Populo Christiano arceantur.

Exordium.

§.1. Cum vero plus satis constet eundem impium Turcarum tyrannum nihil avidius querere, quam Christianos Populos invadere, & Christianam Religionem exterminando, abominationem suam plantare, & propagare, ejusque vires nostris facientibus peccatis malo nostro admoniti cogamur timere, omnique cura, & sollicitudine præcavere, multo magis castra Domini custodire, & præmunire Nos oportet, hoc præsertim tempore, cum idem Turcarum tyrannus ingentibus Mari, Terraque copiis ditones Nobilissimæ Reipublicæ Venetorum invaserit, quæ, ut improbis ejus conatibus resistere possit, cum magnos sumptus jugiter facere debeat; Idcirco fel. rec. Clementis VIII., & Pauli V., necnon Gregorii XV., & Urbani VIII., Innocentii X., & Alexandri VII., aliorumque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum vestigiis inherentes, Republicam id enixe flagitantem Ecclesiasticis auxiliis prompto, libentique animo adjuvandum decrevimus: attendentes non solum Nos ejus unius salutis, verum etiam multorum, ac omnium Italiæ Populorum incolamitati consulere, cum ipsa sit magnum totius Italiæ munimentum, ac firmissimum Maris Adriatici propugnaculum. Quamobrem æquum, & rationi consentaneum esse duximus eidem Reipublicæ eorumdem Clementis, ac Pauli, necnon Gregorii, & Urbani, ac Innocentii, & Alexandri Prædecessorum exemplo, subsidio decimarum ex fructibus, & redditibus totius Cleri ejusdem Status Venetorum pro eisdem usibus ad certum tempus attribuendo subvenire, firmam in Domino fiduciam habentes fore, ut ea Reipublica testificatione paternæ voluntatis erga se, nostræ non solum sese munitam, & ad resistendum communi hosti paratam in dies magis conservet, sed etiam illum a suis finibus animose detradat.

Sequitur sub sidium super fructibus ecclesiasticis pro ut in subiectis.

§.2. Nos igitur istis, aliisque gravissimis, Eccl. mis,

nato administrari solite, ac alterius Parochialis Ecclesiæ loci de Altavillar ab eodem Prioratu dependentis, & inde parum distantis, quæ ad Vice-Priorem præfatum, prævia nominatione hujusmodi spectare asseritur, & cujus cura per Vicarium amovibilem ab eo deputatum exerceri solet, necnon unius perpetuæ Cappellanæ in Ecclesia Prioratus hujusmodi erectæ, & ab uno ex eisdem Canonicis per Congregationem, seu Dommum Sanctam præfatum nominato obtineri consuetæ fructus, redditus, & proventus, qui ad summam septingentorum, & viginti vel circiter scutorum monetæ hujusmodi, ut præfertur, annuatim ascendunt, auctoritate præfata pariter perpetuo applices, & appropries. Ac demum omnibus, & singulis Presbyteris, & Clericis, aliisque personis in Prioratu præfato pro tempore degentibus, ut omnibus, & singulis privilegiis, prærogativis, exemptionibus, gratiis, favoribus, & indulgentiis, quibus Presbyteri, Clerici, aliaque personæ dictæ Congregationis Oratorii, seu Domus Sanctæ tam de jure, usu, & consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, & gaudent, ac uti frui, & gaudere possunt, & poterunt in futurum, pari modo, uti, frui, & gaudere libere, & licite possint, & valeant, dicta auctoritate concedas, & indulgeas; Nos enim tibi super omnibus, & singulis præmissis quamcumque necessariam, & opportunam facultatem, eadem auctoritate tenore presentium tribuimus, & impartimur.

Derogatio contrariorum

§.4. Non obstantibus præmissis ac nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de non concedendis Indulgentiis ad instar, aliisque Apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, & synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac quatenus opus sit Prioratus, & Ordinis hujusmodi etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores, presentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Dat. die 3. Nov. 1667. An. I.

Datum Romæ apud S.M.M. sub Annulo Piscatoris, die 3. Nov. 1667. Pont. nostri Anno I.

XXXV.

Et Recens. in Secret. Breve.

Impositio Decimarum super fructibus Ecclesiasticis pro Republica Venetorum.

Ven. Fratri Stephano Archiepiscopo Adriæ-nopolitan. moderno, & pro tempore existenti nostro, & Sedis Apostolicæ in Domino Venetorum Nuncio.

Bull. Rom. Tom. VI. Par. VI.

mis, & iustissimis de causis moto, motu proprio, ac ex certa scientia, ac de apostolica potestatis plenitudine, tenore præsentium indicimus, & imponimus sexdecim integras decimas omnium, & quorumcumque fructuum, reddituum, & proventuum quarumcumque Ecclesiarum Patriarchalium, Archiepiscopalium, Episcopopalium, Abbatialium, Capitularium, & Conventualium, Prioratum quoque, Præpositurarum, Præpositatum, Præceptoriarum, Canonicatum, & Præbendarum, Dignitatum Majorum, & Principalium, Personatum, Administrationum, & Officiorum, cæterorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum cum cura, & sine cura secularium, ac S. Benedicti, S. Augustini, Cluniacensium, Cisterciensium, Præmonstratensium, S. Basilii, Sylvestrinorum, & qui proprietates, redditusque certos ex privilegio Apostolico, vel aliis possident, Mendicantium, & quorumvis aliorum Ordinum utriusque sexus, & Congregationum, non tamen earum, quæ inferius descriptæ sunt, ac Militiarum regularium in universo dominio dictæ Reipublice Venetorum existentium. Ac insuper alias sexdecim decimas omnium, & quarumcumque pensionum annuarum super fructibus, redditibus, & proventibus supradictis assignatarum, & assignandarum ab omnibus, & quibuscumque Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & aliis Ecclesiarum Prælatibus, cæterisque cuiuscumque status, gradus, dignitatis, & conditionis personis (exceptis dumtaxat Ven. Fratibus nostris S. R. E. Cardinalibus, necnon dilectis filiis Fratibus Hospitalis S. Joannis Hierosolymitani, ac Fratibus Mendicantibus prædictis, & insuper Beneficiis Ecclesiasticis Officio Sanctæ Inquisitionis hæreticæ pravitatis in dicto Dominio instituto unitis, annexis, & applicatis, quos Cardinales, ac Fratres Hospitalis prædicti, ac Beneficia prædictæ Inquisitionis officio unita in totum; Fratres vero Mendicantes pro medietate dumtaxat ab eisdem Decimis, & illarum solutione, immunes, & exemptos esse volumus, & decernimus. Ecclesias, Monasteria, & Beneficia, ac pensiones, seu fructus, aut illorum partem huiusmodi in eodem Dominio quocumque iure, ac titulo obtinentibus, & obtenturis, necnon ab universis etiam Æconomis, Commendatariis, atque Administratoribus perpetuis, & temporalibus, usufructuariis similiter fructus omnes, vel illorum partes loco pensionum annuarum, vel pensiones, & alia huiusmodi iura ex quacumque auctoritate apostolica in toto, vel in parte reservata habentibus, & habituris, sive secularibus, sive quorumcumque Ordinum, Congregationum, & Militiarum prædictorum Regularibus, & ab ipsis etiam Ecclesiis, Capitulis, Conventibus, Ordinibus, Congregationibus, Personis, Collegiis, Militiis, Mallis, & Locis prædictis quacumque amplissima, & firmissima exemptione, & immunitate, reali, personali, vel mixta

antiqua, & immemorabili, pacifica, & continua etiam ex titulo quantumvis oneroso suffultis, integraliter, & cum effectu numerandas persolveren., & consignan. Ulterius supradictis ex causis, ac exemplo Clementis, & Pauli, ac Gregorii, necnon Urbani, ac Innocentii, & Alexandri Prædecessorum prædictorum adducti, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus imponimus, & indicimus novem Decimas omnium, & quorumcumque fructuum, reddituum, & proventuum, ad Cassinens. alias Sanctæ Justine de Padua, Lateranens., Cathusien., Montis Oliveti, S. Salvatoris, Camaldulens. Sanctæ Mariæ Vallis Umbrosæ, Sancti Georgii in Alga Venetiarum, Cœlestinorum, Cisterciens. Provincia Lombardie, Cruciferorum, ac Sancti Hieronymi Congregationes, earumque Monasteria, Abbatiales, vel Conventuales, aut alias mensas Prioratus, Præceptorias, Præposituras, Beneficia, & Officia cum cura, & sine cura, membra, Grangias, & alia Beneficia illis annexa in dicto Dominio consistent. quovis modo pertinentia solven. etiam per ipsas Congregationes, earumque Superiores, Abbates, Priores, Præpositos, Conventus, Capitula, & personas ultra subsidia Montis Religionis, seu quadringentorum millium scutorum, & quartæ partis eorumdem fructuum, reddituum, & proventuum, & alia onera, quæ per Sedem Apostolicam eis imposita aut alias persolvunt, seu persolvere promiserunt similiter numerandas, persolveren., & consignan. secundum verum annum valorem fructuum, reddituum, & proventuum prædictorum, & ad hunc effectum licet sel. rec. Pius V. nonnullis tunc causis adductus, & Clemens, necnon Paulus, ac Gregorius Prædecessores prædicti, etiam ex aliis tunc expressis causis easdem Congregationes a Decimis super fructibus, & redditibus Ecclesiasticis deinceps ubivis etiam in Dominio Venetorum, & ex quacumque causa imponendis, liberis, & immunes fecerint, pari motu, scientia, auctoritate, & de apostolice potestatis plenitudine quoad fructus, redditus, & proventus ad ipsas Congregationes, & quamlibet earum in Dominio Venetorum spectantes immunitates, exemptiones, ac omnes, & quoscumque contractus, scripturas, conventiones, transactiones, concordias, pacta, instrumenta, obligationes etiam in forma Camere Apostolicæ, & juramento, vel alia quavis firmitate roborata præsertim inter Pium, & Clementem, ac Paulum, necnon Gregorium Prædecessores nostros, & Camera Apostolicam, & pro ea S. R. E. Camerarium, vel Thesaurarium Generalem, aliosve quoscumque tunc existentes, & ejusdem Camere Ministros quantumvis ampla, & sufficienti facultate ad præmissa facien. suffultos ex una, & Congregationes ultimo dictas, illarumque Procuratores ex altera partibus inita, ac omnia, & quæcumque privilegia, indulta, libertates, exemptiones, immunitates hac de causa in hunc usque

que diem eisdem Congregationibus etiam ex causa, & titulo oneroso concessa, hac vice dumtaxat, & ex causis supradictis suspendimus, ac ipsis Congregationibus quoad novem Decimas prædictas hac vice, ut præfertur, suffragari nolumus, illa vero alias in suo robore permanere decernimus, ipsaque Congregationes ex gravissimis causis prædictis novem Decimis huiusmodi oneramus, & cum cæteris secularibus, ac Regularibus Clericis, personis ejusdem Domini Venetorum, sexdecim, ut præfertur, indixerimus, tali nostre impositioni acquiescere ac tacitas, & contentas esse volumus. Univerfas vero, & singulas personas quavis Dignitate, vel auctoritate fungentes, tam supradictas Ecclesias, Monasteria, & Beneficia quomodolibet obtinentes, ac pensiones, seu fructus, aut eorum partem sibi, ut præfertur, reservados percipientes, quam ultimodictas Congregationes, & eorum unamquamque tam conjunctim, quam divisim ad huiusmodi Decimas in octo annis, binas videlicet decimas dumtaxat quolibet anno, & quoad ultimodictas Congregationes singulas tantum Decimas cum una octava parte alterius Decimæ, quoad dictos autem Fratres Mendicantes, singulas similiter Decimas quot annis durante octennio a die, quo ultima similis concessio a prædicto Alexandro Prædecessore facta expiraverit, inchoando, & ut sequitur finien. in certis terminis per Te præfigendis integre persolveren. efficaciter teneri, & vere obligatos esse, iisdemque pensionariis, aut eorum alicui pensiones annuas prædictas quantumlibet exemptas, & sub quibusvis obligationibus etiam in forma Camere, & juramento etiam de non contraveniendo, & forsan de non impetrando gratias nostras contra eos, & de non utendo concessis firmatas aut alias vallatas, & forsan aliis cautelis, & Decretis munitas, causam donationis super iisdem fructibus, & pensionibus etiam medio Cederalum Banchi, seu in forma Depositi habentibus, & intra octo annos prædictos habituris, etiam ipsi a quibus pensiones huiusmodi solvendæ sunt, juri, & actioni petendæ vel retinen. portionis, aut rate partis pensionarios tangen. jurejurando renunciaverint, ulla privilegia, aut Indulgentias sub quacumque verborum forma, aut expressione concepta quoad hoc nullatenus suffragari volumus; Sicque & non aliter in prædictis universis, & singulis per quoscumque Judices, & Commisarios, & causarum Palatii Apostolici Auditores, & S. R. E. Cardinales in quavis causa, & instantia, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate judicari, & definituri debere, ac irritum, & inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari decernimus. Ut autem huiusmodi Decimæ facilius exigantur, fraternitatem tuam, ac Ven. Fratres Patriarchas Venetiarum, & Aquilejen. ad dictas Decimas

exigendas, Ducique, & Dominio prædicto sive ejus ministris ad id specialiter deputatis, statim nulla interposita mora, & sine aliqua proflua diminutione, retentione, aut detractione, etiam non detractus quinque pro centenario Camere nostre prædictæ in exactione talium Decimarum applicari consuetis, integre consignandas, earumdem Decimarum Collectores, & exactores constituimus, & deputamus, ac Tibi, & Patriarchis Venetiarum, & Aquilejen. prædictis pro onere quod in exactione Decimarum huiusmodi sustinebitis, quatuor millia scuta auri in auro ex eisdem Decimis detrahenda, & illorum medietatem inter vos pro equali portione, & quolibet anno ejusdem octennii pro rata distribuere, & dividere, reliquam vero medietatem, Subcollectoribus, & aliis Exactoribus, ac Procuratoribus ad easdem Decimas colligendas deputatis etiam quolibet anno pro rata, habita ratione laboris, & amplitudinis cuiuscumque Civitatis, & Diocesis, loci salarii, seu stipendii, & mercedis assignari, & distribuere, ita tamen, ut non quotannis huiusmodi quatuor millia scuta, sed in toto octennio integra summa eorumdem quatuor millium scutorum pro rata quolibet anno detrahatur, ac tam vos, & quilibet vestrum, quam ipsi Subcollectores, & alii prædicti ratione fructuum Ecclesiarum quibus nunc præesse dignoscimini, aut in posterum præfici, vel Beneficiorum obtentorum, aut quæ obtinere, necnon fructuum, & pensionum reservatorum, & assignatarum, ac quos, & quas vobis assignari post hac contigerit, decimas ipsas pro vestra, & illorum rata, & illorum, quemlibet tangente integre, & realiter persolvere omnino teneamini, & dicta assignatione, & distributione contenti esse debeatis, nec quidquam aliud vos, & vestrum quilibet prætereundum possitis; Tibi, & aliis prædictis a dictis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, Electis, Administratoribus, Commendatariis, Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Capitulis, Conventibus, & aliis personis supra expressis exceptis, easdem Decimas, ut præfertur, per Nos impositas peten., exigen., & colligen., eisque tam in genere, quam nominatim, & in specie, ut illas solvant, sub privationis Beneficiorum Ecclesiasticorum per eos quomodolibet obtentorum, aliisque prout Nobis videbitur penis etiam pecuniariis, ac demum per sententias, & censuras Ecclesiasticas mandandi, & percipiendi, ac pro earumdem Decimarum faciliori exactione unum, vel plures Subcollectores, qui si in dignitate Ecclesiastica constituti sint pari actu vigore præsentium facultate fungantur per locorum Ordinarios in quacumque Civitate, & Diocesi, & loco sibi subiecto pro tempore deputatos approban., & si quis ex ipsis Ordinariis intra aliquem brevem terminum vestro arbitrio præfigendum viros idoneos ad id deputare neglexerit, tibi etiam sine illorum consensu tuo arbitrio illos libere deputari, & deputatos amoven. aliof.

Decretum irritum, & clausula sublata.

Executores deputati.